

**Folio**

**xliv.**

venisset. sanctus Basilius eidem occurrit: et tres panes ordeaceos pro muliere et misit. Ac Julianus indignatus eos recipere contempsit. et pro panibus sibi fenam misit. Pabulum irrationabilium alicui nobis obtulisti. recipere quod misisti. Rursum Basilius Mos quidem quod comedimus tibi misimus. Tu vero dedisti nobis vnum bestias tuas nutritis. Ad hoc Julianus iratus est. Cum plures subegero hanc urbem destruiam et arabo. ut feritiera magis quam hominifera nolet. Sequenti nocte vidit Basilius in ecclesia sancte marie in visum multitudinem angelorum. et in medio eorum quandam seiam in throno stantem et astantibus dicentem. Vocate mihi cito mercurium qui Julianum apostatam occidat. qui me et filium meum superbe blasphemavit: Erat autem Mercurius miles quidam qui ab ipso Juliano proficere christi fuerat interfectus et in eadem ecclesia erat sepultus: Erantque cum armis suis que ibi servabatur affuit et missus ab eis in prelium properavit. Exprobrans Basilius ad locum ubi sanctus Mercurius cum armis suis que elecebat ierat et monumentum suum apertus nec corpus ibi reperit nec arma invenit. Tunc custodem quis arma talia asportaret inquisivit Ille cum presbitero iuramento affirmabat eorum vespe eundem ibi fuisse. ubi presbitero servabatur. Inde igitur Basilius recedens: et mane illuc rediens invenit ibi corpus eius et arma et lanceam sanguine cruentata. Et ecce quidam de exercitu rediens dixit. Cum Julianus imperator in exercitu moraretur ecce quidam miles ignotus cum armis suis et lancea veniens virgens equum calcantibus cum audacitate mente Julianum impetivit: et lancea fortiter vibrans ipsum valide per medium perforavit Et subito abscedens nusquam coparuit Ipse vero Julianus dum adhuc spiraret: sanguine suo ut dicitur in bysso. triperta manu implevit et aerem proiecit. Et Hicisti galilee vicisti. sicque in his verbis miserabiliter expiravit Ab ostio autem suis insepultus relinquitur. et a plerisque excoxiatur et de corio suo regi perferam substratorum efficitur.

**De tempore deviationis.**  
**D**ico de festiuitatibus que occurrunt infra tempus quod primum continet sub tempore reconciliationis et primum sub tempore peregrinationis: quod tempus representat ecclesia a natiuitate usque ad septuagesimam. sequitur videre de festiuitatibus que enuntiantur infra tempus deviationis. quod incipit ab Adam et durat usque ad Moysem. quod tempus representat ecclesia a septuagesima usque ad pascha.

**De septuagesima.**  
**S**eptuagesima significat tempus deviationis. Septuagesima tempus viduationis. Quinquagesima vero tempus remissionis. Quadragesima autem tempus spiritus spiritualis. Incipit autem septuagesima a dominica qua cantatur. Circumdecerunt me. et terminatur in sabbato post pascha. In festiuitate autem lxx. propter tres rationes. sicut innotuit in summa de officio magistrus Johannis belet. s. propter receptionem. Quia sancti patres statuerunt ut propter reuerentiam diei ascensionis in qua nostra natura celos ascendit: et super choros angelorum sublimata est. semper ipsa quinta dies solennis et celebris haberetur: et in ea ieiunium non obseruetur quia in primitiua ecclesia eque solennis erat sicut prima feria. Unde tunc solennis processio fiebat ad representandum processionem discipulorum vel ipsorum angelorum. Ideo in vulgari proverbio est: ut dies dominice dicatur cognata dies iouis. quia antiquitus fuerit eque solennis. Sed quia festa sanctorum superuenerunt. et celebrare tot festa erat quodammodo onerosum: ideo sollemnitatis illa cessauit. In redemptione ergo illorum dierum sancti patres unam septimanam qua septuagesime in abstinentia addiderunt et septuagesimam vocauerunt. Alia propter significationem: quoniam per hoc tempus significatur devianio exilium et tribulatio totius generis humani ab Adam usque ad finem mundi. quod quidem exilium sub reuolutione